



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv  
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1666**

25. Goa Insula, & vrbs, qualis cum in eam Xauerius venit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10854**

illum angulum quem plagæ utriusque in Comorinum concursus efficit, spectatur miraculum hinc aspernissimæ hiemis, illinc eodem tempore, intolerabilis æstatis, & quod fit consequens procellosi maris, & placidi; rigidi & sereni cœli, ob Solis nimirum in horas contrarias aspectus contrarios, & affectiones; præterquam quod excelsitas montium, quibus ab Caucaso torta ex Borea in Austrum tanquam mutis, vt dixi, regio scinditur, ventos frangit alternis, parte una tranquilla, dum perflatutur alia, & glacie stringitur. Iam prima post flexum Comorini, ora occurrit Piscaria, cui nomen, & famam, vñionum fecit pescatio, de qua erit dicendi locus cum in eam assestabitur euntem Xauerium. Hæc leucas sexaginta, in vada Ramancoris famosa excurrexit, quæ ab indigenis Cilai vocitantur. Inde Choromandelis, & Guaduarini oræ, quæ regni Narsingæ, sive ut alij nominant, Bisnagæ partem efficiunt. Consequens huic Orissæ regnum ad Gangis producit ostia, sed cum sint hæc plagæ ferè nauigantibus inaccessæ, rescripsi de iis pauca potuerunt. Hæc de parte Indiæ media, ad Gangem ab occasu sita, ad propositum plus satis.

25. Reuisamus nunc Goæ Xauerium, & Sosam. Continenti Canaræ variis sinibus se infundens mare, minores aliquot, inde insulas abscondit harum una Tizzuarim nomine, quod apud nos eis est tringita villæ, haud enim plures initio habebat insula, nec ultra septimum milliare longa, lata verò nec ultra tertium, clivis mollibus torosa, & planis herbida, fontibusque irrigua: ab Austro Salseta peninsula; multæ quoque angusti ambitus, ad latus alterum insula; ad Aquilonem Goa, Indiarum regina, Orientis emporium maximè celebre; Archiepiscopi, & Proregis sedes; Maurorum opus ab Regno Onoris exulum, annis antequam illuc naues Europa mitteret, quadraginta. Hanc ab iis anno 1510. Alphonsus Albucherius cognomento Magnus, bello captam Lusitaniz Regi subiugavit, & diuina tandem bonitate Apostoli Thomæ vetus admirandisque oraculum optatos cœpit exitus fortiri, fore scilicet ut fides quam late per Indiam sparserat, renasceretur aliquando ac refloresceret, multoque vastius, etiam in Sinas funderetur, qui toti olim Orientis illius imperitabant Oceano; quod vaticinium S. Apostolus ad posterorum memoriam, reliquerat viuo in saxo columnæ insculptum, quæ propè Meliaporem visebatur, Choromandelis regni Metropolim. In ea vernacula Prouincia caractere legebatur. Cum mare (tunc inde milliaribus distatum quadraginta) columnam lambet & appulsiuros Indiam exteros albi coloris, ad instaurandam religionis sanctitatem qua illuc populos primum imbuerat. Cui apud incredulos, rei tantæ expectationi, cum fidem detraheret maris longinquitas, ita se tamen iis ad amissum probauit, vt columnæ basim allueret mare, cum Gama primum Indias attrigit. Aiuntque ex veteri auditu Indi Cananores, Calecutiani, Cocinenses, & alij rasille olim Arabicum mare radices illorum montium quos dorsi modo usque Comorinum excurrere diximus, cum tota nunc ab iis, Malabarum distent planities, cedente scilicet hinc mari, quod illinc ex opposito inuadit

25  
Goa Insula, &  
vrbis, qualis  
cum in eam  
Xauerius ve-  
nit.

D 3 26. Cœpta.